



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et  
Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres**

**Bidermann, Jakob**

**Antuerpiae, 1635**

Ignatii modestia animi. Cap. I.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5**

S. IGNATII  
 VIRTUTES.  
 LIBER SECVNDVS.

IGNATII *Modestia.*

CAP. I.



VAE de Vitâ rebus-  
 que IGNATII com-  
 perta sunt, priori  
 commentario, quàm  
 potuit breuissimè,  
 tradidimus: Virtutes, ceteramque  
 eius indolem, deinceps persequemur. Sed in rerum optimarum copiâ, incredibile sibi negotium capiat, qui singulas stylo complecti velit. Nobis sat erit, aliquarum dumtaxat syllabum hîc texuisse, & quas ille prolixè habuit, multo hîc angustius breuiusque denarrare.

I. Familiam mihi ducat M O-  
 DESTIA:

DESTIA: quam, vtut Latini nominarint, Religiosi HUMILITATEM appellamus. Ab hac IGNATIUS, disciplinam sibi exteriorem pleramq; formauit: & exemplis ferè, quàm benè de illâ sentiret, ostendit. Lacer enim ac tuniculâ malè factâ vix dimidiùm tectus, despectusq; orbem terrarum diu perambulabat. Pauperum diuersoria, quàm lauta hospitia malle; semperq; inter plebem pro ignoto mendiculo contemni affectabat: tum denique lætitijs perfundi se ratus, quoties occurrentium conuitijs ludibrijsq; adspurgeretur.

2. Addidit exemplo prudenter & hoc præceptum, *Longè ad infima descendendum ei esse, qui eniti in sublime quandoque vellet.* Tum deinde, ad corrigendos æui ruentis mores, salutemq; animorum rectè administrandam, maius ab hac Modestiâ momentum haberi, quàm si oculis auctoritas se sola intempestiuè ostenderet. Dicere

G § illum

illum interim meminimus, familiares sibi suos magno incitamento ad virtutem esse; ac sese, ad quosuis alios comparatum, erubescere; neque ab vlllo quàm à semet offendi. Scio & alicubi falsum, se, quoties diuina, etiam cum profanis ac facinorosis, loqueretur, semper lucri aliquid facere: quòd duceret seipse longè vtique illis ipsis improbiorem. Cui rei dicere idemtidem solitabat, Neminem alium esse mortalem, qui pluribus assiduè beneficijs occupatus, ceterùm æquè ac ipse exiles DEO gratias meminisset, eiusque obsequij perinde secors viveret.

3. Ribadeneiræ perfamiliariter aliquando aperuit, id sese precibus à DEO flagitasse, vt mortui cadauer in cœno lutoque prouolueretur, vbi feris & volucribus pabulum fieret. *Nam quid ni ego me, inquit, hac deuotione dignum censeam, qui pars ultima sum cœni? Certè verò, nisi alijs confuleret,*

fuleret, nudum iturum se aiebat  
 fuisse, & in eo corporis habitu  
 compita foraque percurfaturum;  
 vbi luto perlitus, & pueris ostentui  
 habitus, pro stulto infanoque ride-  
 retur. Sed in harum rerum sermo-  
 nibus de se rarus audiebatur, nisi  
 esset, vt grauibus momentis eò  
 traheretur. Et, si quando alij de  
 ipso benignius coram loqueren-  
 tur, repentè colligebat animum,  
 & oris ruborem obortis lacrymis  
 confundebat. Erat à sacris ei con-  
 fessionibus P. Iacobus de Eguiâ,  
 patriâ Nauarrus, vir magno iam  
 natu, ac cetera mirificè pius; de  
 quo IGNATIUS ipse, *Cùm in cæ-  
 lo nos, inquit, erimus, Iacobus hic  
 tantò me altior eminebit, vt eum-  
 dem ego de longinquo sim agrè con-  
 specturus.* Is ergo huiuscemodi  
 vir, multa idemtidem & mira su-  
 per IGNATII virtutibus vitæque  
 sanctitate memorabat; velut, cu-  
 ius arcana animique studia vnus  
 ipse penitissimè percalleret. Ea res  
 tandem comperta, vehementer

IGNA-

108 S. IGNATII VITA.

IGNATIO est displicita. Quare supremis illi obedientiæ legibus interdixit, ne quid se superstitè porrò auderet. Quod ille cum ægrè se capturum ostenderet, IGNATIVS, ne qua vel inuito elaberentur, desijt post ad eum redire. Interim senex sæpè optabat, vel pauculos dies IGNATIO superstes esse, vt, legibus solutus, quæ de ipsius incredibili virtute nosset, cum plurimorum bono euulgaret. Sed DEO visum, triduo quàm IGNATIVS oppeteret, Iacobum præripere. Quod factum IGNATII precibus esse, non absurdè creditum fuit.

4. Comparauit verò tantam sui ipsius cognitionem, vt annis compluribus, nulla inanis gloriæ cogitatione percelleretur: nec erat alia animi pestis, à quâ minùs timere se diceret; cum alioqui palàm sit, eâ lue bonos etiam viros, & non è vulgo sanctos, interdum afflari. Hac tali demissione res ceteras omnes condiebat. Hinc illa vesti-

tus,

tus, non fordidi, vilitas; hinc lectulus pauper; indidem tenuis victus, itaque modicus, vt cœnam esse prandiûmve, meritò negares. Operam libens ponebat in abiectionibus obsequijs, vt ægrorum præsertim lectulos sterneret: & quoties de controuersia non planè liquebat, facilis in alterius sententiam abiret. Ita, quamuis supra ceteros ipse tunc esset, omnibus tamen æquare se, infraque infimos ducere, non simulatâ mansuetudine solebat.

5. Pueris Christiana fortè rudimenta tradentem, obseruarat adolescentulus, hominem quippe Hispanum, impeditiùs Italicè loqui: confestim admonet, leges Grammaticas aliud velle; ideoque emendatiùs quædam esse tersiusque efferenda. Ille intempestiuo adolescentis officio nihil offensus, laudare studium, atque rectè & ordine id eum fecisse dicere; pergeret imò, suasque in linguâ Italicâ mendas obseruare numeraret; se  
 ea,

ea, quæ moneretur, sedulo correcturum.

6. Magnum in primis modestiæ argumentum fuit, cum tanto opere desideravit Societatem à IESU nominari: idque cum eam ob causam, de quâ supra docuimus; tum verò etiam, vt ne suum illi nomen à quoquam inderetur; nève sui vsquam haberi celebrior mentio posset. Quare & familiam hanc MINIMAM appellari, & tales sibi ipsis videri Socios omnes cupiebat. Quò eòdem spectat, cum toties tamque serio pugnavit, vt ne vniuersæ Societati præficeretur; donec tandem iniectâ religione ad prouinciam fuit accipiendam coactus. Quamquam ne tum quidem ambitiosè retinuit: nam vocato Patrum grauiorum coetu, in annum M. D. L. ingressus de se conqueri; omnibus, dixit, exploratum haberi, nulli se parti eius muneris, quod gereret, parem esse. Atque in eam rem, testatus Deum, obnixè laborauit, vt per  
eos



eo sibi liceret provinciã abire.  
 Quibus verò familiariter vteba-  
 tur, ij omnibus eum virtutibus ita  
 pollere sciebant, vt crederent, il-  
 lum ipsis Religionum ductoribus  
 documentum fieri posse. Ita nihil  
 adeò tum, ac ne postea quidem, re-  
 sæpiùs tentatã, profectum est:  
 quòd semper obstinato consilio  
 Patres responderent, nulli se al-  
 teri, donec viueret **IGNATIVS**,  
 vniuersam rem permissuros. Ibi  
 questus est ipse, se, cum nulli rei  
 idoneus sit, impedimento tamen  
 esse, ne meliori provincia tradatur.

**IGNATII tranquillitas.**

**CAP. II.**

7. **A**B hac **IGNATII** Mode-  
 stiã, multæ aliæ primi no-  
 minis virtutes pullularunt: qualis  
 erat, quã se ipse, resque hominum  
 fluxas despiciere; tum quã fortiter  
 laboribus occurrere, ac patientiæ  
 laudem inter tam aduersa infesta-  
 que tempora ferre in primis con-  
 spicie-